Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Iohel: prologi

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Pe[?]nitentia enim non stabit in contritione filiorum.
De manu mortis liberabo eos: de mor
te redimam eos. Ero mors tua o mors:
ero morsus tuus inferne. Consolatio
abscondita est ab oculis meis. quia ipse inter
fratres dividet. Adducet urentem ventum
ventum dominus de deserto ascendentem:
et siccabit venas eius et desolabit fo
tem eius: et ipse diripiet thesaurum omnis
vasis desiderabilis. XIIII

Pereat samaria quoniam ad amaritu
dinem concitavit deum suum. In gla
dio pereant. Parvuli eorum elidantur:
et fete eius discindantur. Convertere israel ad
dominum deum tuum: quia corruisti in iniquita
te tua. Tollite vobiscum verba: et conver
timini ad dominum: et dicite ei. Omnem aufer
iniquitatem et accipe bonum: et reddemus
vitulos labiorum nostrorum. Assur non salva
bit nos. Super equum non ascendemus: nec
dicemus ultra dii nostri opera manuum
nostrarum: quia eius qui in te est misereberis
pupilli. Sanabo contritiones eorum: diligam
eos spontanee: quia aversus est furor
meus ab eis. Ero quasi ros: israel germinabit
sicut lilium. Et erumpet radix eius ut
libani: ibunt rami eius. Et erit
quasi oliva gloria eius: et odor eius ut li
bani. Convertentur sedentes in umbra eius:
vivent tritico: et germinabunt quasi vi
nea. Memoriale eius: sicut vinum li
bani. Effraym quid mihi ultra ydola.
Ego exaudiam et dirigam eum: ego
ut abietem virentem. Ex me fructus
tuus inventus est. Quis sapiens et intel
liget ista: et intelligens et sciet hec. Quia
recte vie domini: et iusti ambulabunt in eis.
prevaricatores vero corruent in eis. Ex
plicit Osee. Explicit prologus in iohel propheta.

Sanctus iohel
apud hebreos
post osee po
nitur: et sic
tribus sub nomine
effraym ad
x. tribus con
fert vatici
nium que vel samaria vel israel sepe me
morantur. sicut hoc propheta omne quod dicit
ad tribum iuda et ad ierusalem pertinere credendum
est et nullam omnino israelis i. x. tribuum in hoc
fit mentionem. Tempora quoque quibus propheta
eadem debemus accipere que in osee legimus
in diebus ozie ioathan et achaz et eze
chie regum iuda: et in diebus ieroboam
filii ioas regis israel. Porro factum esse
sermonem domini ad ipsum eius refertur
cum fit. non ad editionem illius qui fieri
dicitur. ut alibi legimus. deus in quo est in
salutem. Audire autem in scripturis sanctis non est
istud quod in aure sonat. sed qui corde percipi
tur. illud quod deus loquitur: qui habet aures au
diendi audiat. Quod autem dicit. Clamat et tacet.
et latine sonat auribus percipite. propter
non aure sed corde percipite. Qui senes sunt
et celestes audiunt spiritualiter: qui autem
habitant in terra appellantur: quia terrenam au
ribus percipiunt. Utramque autem hic duo
verba iuncta ponuntur. non ad simplicem
tantum verborum sonum: sed ad reconditam quoque de
lictorum dictorum intelligentiam pertinere intelli
gendum est. In genesi lameth loquitur ad uxo
res suas. ada et sella. Audite verba
mea uxores lameth: auribus percipite
sermones meos: quia virum occidi in vulnus
meum: et iuvenem in livore meo. Et ysaias.
Audite celi: et auribus percipe terra.
Item alius prologus.

Ioel · ſamuel filius deſcribit terram dua-
rum tribuum eruca · bruco · locuſta · rubigi-
ne vaſtante conſumptam · Et poſt euerſi-
onem prioris populi effuſum ſpiritum ſanctum dicit
ſuper ſeruos dei et ancillas · id eſt · c · xx · creden-
tium hominum · qui fuerunt in cenaculo
montis ſyon · c · xx · Qui ab uno uſque ad
xv · paulatim et per incrementa ſurgentes
xv · graduum numerum efficiunt · qui in
pſalterio miſtice continentur · Ex tribus ge-
neribus rethorum · hinc ſumuntur principia et ti-
ſunt argumentorum partes · ex quibus incipe-
re ſolet omnis orator · aut enim dociles · aut be-
niuolos · aut attentos auditores debet
facere · Hic ergo propheta terre a magnitudine
cladis ſumens principium · eos qui
audituri erant voles ad penitentiam pro-
uocare · reddit attentos comminans futuri
mali ut conſiderantes venture cladis
aſperitatem eius penitentiam arriperent · In hoc
propheta idcirco · nec reges nec tempora ſunt
prenotata · quia hiiſdem temporibus ac regibus
quibus oſee prophetauit · Iohel interpretatur
incipiens aut domini deſcendens · Tropologice
hic eſt quod qui hoſtium dei et ſcientiam dei ha-
buerit aptam · recte incipit prophetare · Io-
hel de tribu ruben natus in agro betho-
ron · ubi in pace mortuus eſt atque ſepultus ·

Explicit prologus · Incipit Iohel propheta ·

Verbum
domini quod fac-
tum eſt ad Iohel
filium fatu-
el · Audite
hec ſenes
et auribus
percipite omnes
habitatores terre · ſi factum eſt iſtud in diebus
veſtris · aut in diebus patrum veſtrorum · Super hoc
filiis veſtris narrate · et filii veſtri filiis ſuis ·
et filii eorum generationi alteri · Reſiduum
eruce comedit locuſta · et reſiduum locu-
ſte comedit bruchus · et reſiduum bruchi co-
medit rubigo · Expergiſcimini ebrii et fle-
te · et ululate omnes qui bibitis vinum
in dulcedine · quoniam periit ab ore veſtro · Gens
enim aſcendit ſuper terram meam · fortis
et innumerabilis · Dentes eius ut dentes
leonis · et molares eius ut catuli le-
onis · Poſuit vineam meam in deſertum
et ficum meam decorticauit · Nudans
expoliauit eam et proiecit · albi facti ſunt
rami eius · Plange quaſi virgo accincta
ſacco · ſuper virum pubertatis tue · Periit
ſacrificium et libatio de domo domini · lux-
erunt ſacerdotes miniſtri domini · De-
populata eſt regio · luxit humus · quoniam de-
uaſtatum eſt triticum · confuſum eſt vinum ·
elanguit oleum · Confuſi ſunt agricole ·
ululauerunt vinitores ſuper frumento et
ordeo · quia periit meſſis agri · Vinea con-
fuſa eſt · et ficus elanguit · Malograna-
tum · et palma · et malum · et omnia ligna
agri aruerunt · quia confuſum eſt gaudium
a filiis hominum · Accingite vos et plan-
gite ſacerdotes · ululate miniſtri al-
taris · Ingredimini · cubate in ſacco
miniſtri dei mei · quia interiit de domo
dei veſtri ſacrificium et libatio · Sanctificate
ieiunium · vocate cetum · congregate ſene-
omnes habitatores terre in domum dei veſtri · et
clamate ad dominum · A · a · a · diei · quia prope
eſt dies domini · et quaſi vaſtitas a potente ve-
niet · Numquid non coram oculis veſtris alimen-
ta perierunt de domo dei noſtri · leti-
cia et exultatio · Computruerunt iumen-
ta in ſtercore ſuo · demolita ſunt hor-
rea · diſſipate ſunt apothece · quoniam con-

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg